



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Preceptoriu[m] Domini Gotscalci Hollen de ordine Heremitarum sancti Augustini

Hollen, Godescalcus

Nurmberge, 1521

VD16 H 4471

Preceptum Quintum

urn:nbn:de:hbz:466:1-30748

A tuti subiectis sacerdotes et possessiones eorum in pristina libertate dimisit: et de publico eis alimoniam ministravit. Isti vero onera sua fere vniuersa imponunt ecclesijs: et tot angarijs eas infligunt: ut eis quod heremias deplorat competere videatur. Principes puinciarum facta est sub tributo: siue quidem fossata seu expeditiones seu alia quilibet arbitrentur agenda de bonis ecclesiarum clericorum et pauperum christi vsibus deputatis: volunt fere cuncta compleri. Iurisdictionem etiam et auctoritatem prelatorum ita euacuant ut nihil potestatis eis in suis videatur bonis remansisse. Quo circa sub anathematis distractione fieri decetero talia prohibemus: nisi episcopus vel clericus tantam necessitatem vel utilitatem perspexerit: ut absque vlla exactioe ad reuelandas communes utilitates vel necessitates vbi laicorum non suppetunt facultates subsidia per ecclesiam existimant conferenda. Si autem consules et alij decetero ista commiserint et communiti desistere noluerint: tam ipsi quam factores eorum excommunicationi se nouerint subiaccere: nec comunioni reddantur donec satisfacionem fecerint competentem. Hec tibi. Ex his patet quod sacerdotes debent esse immunes ab omni actione et tributo seculari. ut patet. xxiii. questione vltima. capitulo. Conuenior ipse. et s. quis. l. de sacrosan. eccl. l. ad instructiones. et l. placet. xi. questione prima. si tributum. xvj. questione prima. capi. generaliter. s. nouarum. xi. questione prima. sacerdotibus. Hoc etiam patet ex lege diuina. Genes. xlviii. vbi dicitur. Emit Joseph omnem terram egypti videntibus singulis possessiones suas propter magnitudinem famis. Subiecitque eam pharaoni et cunctos populos eius: a nouissimis terminis egypti vsque ad extremos fines eius preter terram sacerdotum quibus statuta cibaria ex horreis publicis prebebantur. Vbi dicit glo. Rico. de lyra. Erantque deputati ad cultum deorum illius populi: et etiam ad studium scientiarum speculatiuarum. sicut quod dicit ph. i. i. Bertha. quod gens sacerdotum egypti in primo studere concessa est. Et Josephus li. antiquitatum dicit. quod Abraam quando descendit in egyptum

docuit sacerdotes in egypto astronomiam et tunc in talibus scientijs studere ceperunt. Ideo a rege habebant victum. Unde subdit ibidem. Ex eo tpe vsque in presentem diem in vniuersa terra egypti regibus quinta pars soluit. Et factum est quali pro lege absque sacerdotali terra que libera ab hac conditione fuit. Itaque Eudre. vij. dixit artaxerxes. Vobis quoque notum facimus de vniuersis sacerdotibus et leuitis cantoribus ianitoribus nathinensibus et ministris domus dei: ut vectigal et tributum vos non habeatis potestatem imponendi super eos etc. Et sic patet ex lege diuina et humana: quod sacerdotes et clerici exempti sunt ab omni tributo.

Explicit quartum preceptum.

Incipit preceptum quintum.



Non occides

N istud est quintum preceptum inhiens nocumentum proximo fieri quantum ad personam scilicet non occidendo eam. Et est notandum quod istud preceptum non occides fuit in lege nature inchoatum: et fuit in lege moysi explicatum: et fuit in lege gratie recte consummatum. Fuit enim in lege nature inchoatum. Nam quilibet homo inclinatur alteri non facere quod sibi non vult fieri: et alteri facere quod sibi velit fieri. Sed quilibet vellet ab alio non occidi: sed et magis sibi misereri: et sic lege nature non tenetur occidere proximum. Secundo fuit in lege moysi explicatum. ut patet Exod. xx. vbi dicitur manifeste. Non occides. Tertio fuit in lege gratie per christum perfecte consummatum. ut patet Mathe. v. vbi Saluator dicit. Audistis quod dictum est antiquis. Non occides. Ego autem dico vobis. Omnis qui irascitur fratri suo: reus erit iudicio. In quo non solum occisionem sed etiam animi commotionem: que est radix homicidij prohibuit. Et merito christus debuit facere. scilicet prohibere radicem occisionis quod non fecit lex moysi propter tria. Primo quia maiori precio fuit acquisita. Illa namque sanguine hyrcorum et vitulorum fuit acquisita et data populo christianorum: hec autem sanguine agni immaculati etc. Secundo quia maiori premio est remunerata: quia illa remun-

Preceptum Quintum

Enerata est bonis terrenis et temporibus. hec autem est premiata et remunerata bonis celestibus et eternis. Tertio quia maiori doctore promulgata est: quia illa per Moysen qui fuit purus homo: hec autem per Christum qui fuit deus et homo. Lex enim per Moysen data est: sed gratia et veritas per Iesum Christum. Ergo decem sunt quod lex evangelica prohiberet radicem occisionis que est ira. Circa illud preceptum multi errauerunt. Primo illud nimis extenderunt dicentes in hoc quod dicitur: non occides omnia uiuentia: ut plante et arbores et omnia animalia quecumque uniuersaliter concludunt: non solum perfecta ut oues et boues: sed etiam minuta ut musce canes et pulces et serpentes. Illius opinionis fuerunt manichei: in qua etiam fuit Augustinus qui credebat ficum plorare cum ab eo folium carperetur. ut patet in libro confessionum. Illius opinionis fuit Anaxagoras: qui dixit animas humanas transire in corpora bestiarum. Ergo posuit in lege sua peccatum esse occidere bestias. Ille autem intellectus falsus et per heresi pessima habendus est. Quod patet primo ex diuina auctoritate. Nam Beatus Hieronymus. statim post diuinum dixit dominus hoc et filius eius. Omne quod mouet et uiuit: erit uobis in cibum et olera uiridia: et tradidi uobis omnia ex precepto: et carnem cum sanguine non comedetis. Non huiusmodi sequitur ibidem: quod sanguinem animarum requiram de manu bestiarum cunctarum: et de manu hominis: de manu uiri et fratris requiram animam eius. Ideo prohibuit esum sanguinis ne fierent prout ad effundendum sanguinem hominis. Ideo carnifices sicut prohibebat Egidius in libro de regimine principum sunt prouocatores ad homicidium quam alij: quia non abhorrent effusionem sanguinis. Dicit Augustinus. quod per li omne intelligitur distributio accommodata: ut uicem omne quod est uobis utile: concedo quod possitis licite comedere: quia inter animalia terrestria sunt multa uenena: que comedere esset mortiferum: sed talia animalia que mouentur et uiuunt comedi non possunt nisi occidantur. Ergo diuina auctoritate habet quod licet animalia occidere. Secundo patet hoc physica ueritate: quia primo Politicorum dicit philosophus. quod iuste possumus uenari animalia: et iustum bellum nobis inest contra cuncta animantia nobis

subiecta: quia sicut plante ueniunt in cibum animalium: sic animalia ueniunt in cibum hominum. Licet ergo nobis occidere animalia. Contra eos etiam inuehit beatus Augustinus. li. i. de ciui. dei. ca. xx. dicens quod hic non prohibetur ordinata uirgulti aut irrationabili animalium occisio: quorum uita et mors ordinatione creatoris nostris uisibus subditur. Ideo dicit sanctus Thomas in secundum secundum. q. lxxiiij. quod nullus peccat utendo re sua ad hoc quod est ordinata. Ordinatione autem diuina generaliter plante sunt propter animalia: et animalia propter hominem: usus autem eorum in cibum maxime necessarius. Hoc autem sine occisione fieri non potest. Ideo dicit Augustinus. ubi supra. Iustissima ordinatione creatoris uita et mors animalium nostris uisibus subditur. Hec ille. Potest esse peccatum in quantum occisio esset in nocentem proximi vel dominorum eorum. Sicut recitat beatus Gregorius li. ij. dialogorum. Cum quidam discipulus beati Benedicti haberet quendam uisum: et sibi ad custodiendum tres oues commisisset: sic obedienter curam ouium suscepit: ut eas debitis horis ad pastum deduceret: ac si esset homo. Et quas comedere consueuerat: diligenter ex obedientia sancti uiri custodiebat. Quod miraculum socii cuiusdam alterius inimici sancti Benedicti audientes et uidentes quod plus crescebat in fama sanctitatis ille quam eorum magister uisum illum interfecerunt: propter cuius interfectionem elephantino morbo omnes percussisunt. Ideo dicit dominus Exodi. xxiiij. Si occurreris boui inimici tui aut asino erranti: reduce eum. Et si uideris asinum odientis te iacere sub onere: non pertransibis sed leuabis eum. Item Exodi. xxij. Si quis commendauerit primo suo asinum bouem et ouem et omne iumentum ad custodiam: et mortuum fuerit aut debilitatum vel captum ab hostibus nullusque hec uiderit: iurandum erit in medio quod non extenderit manum ad rem proximi sui: suscipiet dominus iuramentum et ille reddere non cogitur. Quod si furto ablatum fuerit restituet dominum domino. Si comestum a bestia deferret ad eum quod occisum est: et non restituet. Hec ibi. Secundo quidam errauerunt circa illud preceptum dicentes. Non occides. scilicet alium: sed homo

possit bene seipm occidere. Et probant hoc dicentes: quia samson se occidit: et Lato se occidit: et qdam femine volentes fugere violatores castitatis sue seipos occiderunt. Respondit Augustinus, q hoc fecerunt ex instinctu spiritus sancti. Contra qd dicit sanctus Thomas scda scde. q. lxxj. q. tales primo faciunt contra naturalē inclinationē: q vna queq; res nitit seipsam conseruare quātuz potest. Secundo faciunt contra charitatē: qā hō tenet se diligere. Tertio faciunt in iuriā cōmunitati: qā quilibet hō pars cōmunitatis est. Quarto peccat in deū: sicut qui alienū serpū interficit peccat cōtra dominū. Ideo hoc nullo modo licet. Unde dicit glo. super illud. Non occides. supple etiam teipsum. Unde dicit in Lanone. xxij. q. v. Placuit vt hij qui sibiipfis voluntarie aut per ferrum aut per venenū aut p precipitiū aut p suspendium: vel quōlibet modo inferunt mortem: q nulla proisus pro illis in oblatione commemoratio fiat: neq; cum psalmis ad sepulturā eoz cadauera reducant. Dicit glo. sup verbo voluntarie. Secus si per furorē: quia tunc non imputatur xv. q. i. capitu. Si quis insaniens. Primo: nemo debet seipsum occidere ppter hostium vltionem: sicut Samson: quia ille fecit hoc instinctu spiritus sancti. vt patet per Augustinū libro primo de ciuitate dei. Et ponitur. xxij. q. v. caplo. Si non licet. Ubi dicitur. Neq; Samson aliter excusatur q seipm cū hostibus in ruina domus oppreserit: nisi quia sanctus spiritus latēter hoc iusserat: qui per illum mirabilia faciebat. Hec ibi. Historia ponitur Iudicū. xvj. Secundo neq; propter peccatorum desperationem: vt Judas. De quo Augustinus. et ponitur. xxij. q. v. capi. Si non licet. Ubi dicitur. Profecto qui seipsum occiderit: homicida est: et tanto nocentior cum se occiderit: quanto innocentia in eo causa fuit: qā se occidēdum putauit. Nam si Jude factus merito detestatus est: eūq; veritas iudicat cum laqueo se suspendit sceleritate illius traditionis auxisse potius q; expiisse commissum: quoniā de dei misericordia desperando exitiabiliter penitens nullum salubri penitentiē locum reliquit: quanto ma-

gis a nece sua abstinere se debet: q tali supplicio quod in se puniat nō habet. Et malita de hac materia ibidem nota. Tertio neq; propter melioris vite acquisitionē: sicut multi heretici. Et Theobrotus. de quo dicit Augustinus libro primo de ciuitate dei capi. xxij. q. Theobrotus philosophus leges librum Platonis: et animam hominis immortalem esse: spe et desiderio future vite seipsum interfecit. Et de illo dicit Tullius libro primo. Tusculanis questionibus. q cū nihil accidisset ei aduersitatis: de muro se in mari proiecit lecto Platonis libro: qui intitulatur in Phedrone. Et de illis dicit Lactantius. libro tertio de vera et falsa sapiētia. q multis inquit ex his qui eternas animas suspicabantur tanq; in celum migraturi essent: sibiipfis manū intulerūt: vt Cleanos Luercippus et zeno et Empedocles: qui se in ardentis ethne specū intempesta nocte deiecit: et cum repente non apparuisset abiisse ad deos crederetur. Sequitur ibidem. Nam li homicida nephartus est qui hominis extinctor est: eidem scelerati obstrictus est qui se necat quia hominem necat: immo vero maius esset illud facinus existimandum. Cuius vltio soli deo subiacet. Nam sicut in hanc vitam non nostra sponte venimus: ita rursus ex hoc domicilio corporis: quod ad tuendum nobis assignatum est eiusdem iussu recidendum est: quia nos in hoc corpus induxit. Hec Lactantius. Quarto neq; propter persecutionis vitiationem: sicut Catho Uticensis: qui dictus est uticensis ab vrica ciuitate affrice: vbi seipsum interfecit. Cuius causa erat: quia volebat esse sub Julio cesare: cum esset bellum ciuile inter cesarem et Pompeyū magnum. Iste Catho fouebat partem Pompey cōtra cesarem. Postmodum cum Cesar vicisset et Pompeyus in Egyptum turpiter fugeret: vbi a rege egypti decollatus est: et caput eius missum cesari. Tunc iste Catho fugit in affricam. Et cū videret cesarem in omnibus prosperrari: et partem Pompey in omnibus succumbere: nolens aliquo modo subesse cesari: apud vricam ciuitatem seipsum interfecit: cum tamen sciret cesarem clementissi-

Preceptum Quintum

E mum. Sicut etiam seipsam interfecit Leo-
 patra regina egypti: que post mortem An-
 thonij sui viri appones duas aspidēs cor-
 porū suo. Quinto neq; propter peccatorum
 vitationem: sicut legitur de sancta Apolo-
 nia: que se proiecit in ignē ex instinctu spi-
 ritus sancti: ne consentiret idolatris: sicut
 etiam multe femine se proiecerunt in flui-
 um ne polluerentur a barbaris. vt patet p
 Augustinū libro primo de ciuitate dei. ca.
 xxv. et xxvj. Arguit em̄ Augustinus libro.
 i. capi. xvi. q̄ si hoc esset licitum: vt propter
 peccatum futurum vitandum: deberet ho-
 mo se vel alium occidere: hortandi essent
 homines statim cum baptisati fuerint vt se
 ipsos occiderent: quia tūc esset tempus ca-
 uendi omnia futura peccata: cum oīa pte-
 rita essent deleta. **¶** Si hoc non licet: ergo
 nec illud. Arguit em̄ ibi de virginitate que
 consistit in integritate mētis et non carnis
 dicens: q̄ pro illa re que sine consensu meo
 auferri non potest non debet se aliquis oc-
 cidere: et talis est virginitas. Sexto neq;
 propter scandali vitationem: vt Lucretia.
S De quo Augustin⁹ libro. i. de ciuitate dei.
 ca. xix. et Titus liuius de origine vrbls. li-
 bro primo narrat: cum maritus Lucretie
 Collatin⁹ nomine: in obsidione ardee ciuit-
 tatis rutilorū esset: et teneret cū sexto filio
 Tarquinio filio Tarquinij superbi et alijs
 iuuenibus: inter ipsos ortus est sermo de
 vxoribus suis: et cepit vnusquisq; vxorē su-
 am laudare: et vxori alteri⁹ preferre. Tunc
 ait maritus Lucretie. Nō est opus verbis.
 Nā veritas factō sciri potest. Ascenderunt
 ergo equos et suas vxores visitabāt ex in-
 opinato vt scirent quid agerent. Aliqui in-
 uenerunt suas vxores in conuiujs et luxu-
 rijs occupatas. Procedentes vltorius in
 oppidum Collatinum prope Rhomam: in-
 uenerunt Lucretiam cum ancillis suis in
 lanificijs occupatam: et laus vxorū penes
 Lucretiam remansit. Sertus vero Tar-
 quinius filius regis amore eius statim ca-
 ptus: deliberauit quomodo copiam eius
 habere possit. Igitur paucis diebus inter-
 lectis ignorante Collatino ad Lucretiam
 euz vno comite tantū venit. Que benigne
 ipsum receptum post cenam ad cubiculum

deducifecit. Qui omnibus dormientibus
 ad Lucretiam clam accessit: et sinistra ma-
 nu pectus Lucretie opprimens. Tace in-
 quit Lucretia: Sert⁹ Tarquinius sum: fer-
 rum in manu habens: quo morieris si vo-
 cem emiseris. Ad hec verba pauida tacuit.
 Tunc ei amorē suum indicabat. Quam cū
 non potuisset sic vincere minatur se interfe-
 cturum vnum ex seruis eius: et interfectū
 positurū in locum eius iuxta ipsam etiā in-
 terfectam: vt sic in adulterio necata vide-
 retur. Quo timore victa cōsensit. Que po-
 stea in presentia viri et patris sui se interfe-
 cit cum ferro. Quod factū deleuit regium
 nomen de vrbe. Septimo neq; ppter ama-
 ti adhesionē: vt Tyibes et foimelius: sene-
 ca et pauli. a vxorē eius. vt dicit Ioannes
 Boccaci⁹. in libro de claris mulierib⁹. Ta-
 les omnes homicide sunt: et p cōsequēs dā-
 nati sunt. Tertio quidā errauerunt dicen-
 tes: q̄ homo posset aliū occidere quādo da-
 ret sibi licentiam vel iuberet: qd̄ falsum est.
 Nāz dato q̄ aliquis peteret et vellet occidi
 ab alio: nō excusaretur alius ab homicidio
 occidendo ipsum. Vnde. ij. Regū. i. David
 mandauit puniri sicut homicidā illum qui
 dicebat se occidisse Saul: eo tamē petente
 et volente. Quarto quidā errauerūt dicen-
 tes: q̄ quilibet ch̄ianus licite possit occide-
 re iudeum et sarracenū: et nō facit cōtra il-
 lud. Non occides quod falsum est: vel aliū
 peccatorē: furem aut pessimū hoīem: quia
 dicit Augustinus li. i. de ciuitate dei. Qui
 sine publica adminislratiōe maleficiū inter-
 fecerit velut homicida iudicabit: tāto am-
 plius quāto sibi potestātē a deo non cōmis-
 sam vsurpare non timuit. Hec Augustin⁹.
¶ Ideo dr. xxiiij. q. iij. ca. Ille gladium ac-
 cipit: qui nulla superiori ac legitima pote-
 state iubente vel cōcedente in sanguinē ali-
 cuius armatur. et xxiiij. q. viij. ca. quicumq;
 percutit. Pertinet hoc tantū ad habentem
 auctoritatē sicut ad principem vel ad iudē-
 cem. Exēplum ponit Thomas vbi supra.
 Sicut ad medicū cui cura infirmi est com-
 missa pertinet prescindere membrum putri-
 dū et nō ad aliū cui nō est cōmissum. Quin-
 to quidam errauerūt circa illud pceptum.
 Non occides: dicentes q̄ non licet occi-

Dere quacumque auctoritate siue publica siue priuata: quia deus simpliciter dicit. Non occides. Talis opinionis sunt sarraceni qui malos de lege ipsorum non occidunt: sed qui se mel furatur mutilant eum in pede vel manu et si secundo facit opus malum: mutilant eum in altero pede vel manu sine exigentia delicti: sed hec opinio est contra sacram scripturam veteris testamenti. Exodi. xxiiij. Maleficos non patieris viuere super terram. Item. Si quis de industria atque per insidias occiderit proximum: ab altari meo euelles eum et morietur. et ponis extra de homicidijs. capi. i. Non ergo peccant iudices aut principes si occidunt maleficum dummodo non fecerint ex odio et auaricia. Ideo dicit Thomas in libro de regimine principum: quod magnum meritum iudex consequitur reum occidendo: sicut magnum supplicium meretur innocentem damnando. Dicit sanctus Thomas ubi supra. Sicut est in corpore naturali: sic etiam est in corpore mystico et ciuili. Sed in corpore naturali pro eius salute abscinditur aliquando membrum putridum ut totum corpus seruetur: sic unus periculosus communitati et corruptiuius aliorum laudabiliter et salubriter sine peccato occiditur: ut bonum commune conseruet. Ad hoc dicunt enim fermentum totam massam corrumpit. ut dicitur prima ad Corinthios. v. Simile patet in malis herbis que ab hortulano eradicantur et suspicantur ne bonas destruant hoc idem patet in canone. ab imperatoribus xxiiij. q. iij. §. penultimo. ubi sic dicitur. Ecce quod nonnunquam est obuiandum peruersis et iniuria sociorum est armis propulsanda ut et malis adempta facultas delinquendi et bonis operata facultas libere consulendi ecclesie ministris. et. xxiiij. q. v. ca. Adiles cum est obediens potestati sub qua legitime constitutus est qui hostem occidit: nulla ciuitatis sue lege reus homicidij est imo nisi fecerit: reus erit imperij deserti atque contempiti. Item in ca. reus sanguinis. ubi dicit Gregorius. Qui enim potestate publica functus ipsius legis imperio malos punit: nec illius precepti transgressor: nec a celesti patria alienus habetur. Item dicitur in. c. cum minister. et. c. lex eterna et. c. officia. Ubi dicitur. Officia vindicte prent

implere boni bono animo: quod et iudex et lex. et. xxiiij. q. viij. c. Quicumque percutit malos in eo quod mali sunt: et habet causam. i. potestatem occisionis: minister dei est. Qui pro sine aliqua publica administratione maleficum: furem: sacrilegum: adulterum et periturum et quemlibet criminiosum interfecerit aut trucidauerit: vel membrum debilitauerit: velut homicida iudicabitur: et tanto acrius quanto non sibi a deo concessam potestatem abusiue usurpare non timuit. hec Augustinus libro primo de ciuitate dei. Non ergo peccat iudex si occidit maleficum imo meretur si facit propter iusticiam. Sed si faciat propter odium aut propter vindictam: peccat mortaliter. Si autem facit propter conseruationem communitatis boni vel propter executionem iusticie est sibi meritorius apud deum. Cuius rei exemplum recitat Martinus in chronica sua. quod anno dñi. M. cccc. viij. fuit papa Gregorius sextus. qui latrones in partibus romanorum occidit pro se faciens securitatem peregrinis. Quare clamabant in roma quod esset homicida: non papa. Cui post infirmo cardinalis dixerunt: quod non liceret eum inter papas in ecclesia sancti Petri sepeliri. Quibus respondit: quod stulte loquerentur. quoniam Ezechiel. xiiij. dñs precepit sacerdotibus quod se deberent ponere murum pro domo israel. Sic ipse fecisset: et tamen iussit quod corpus suum mortuum poneretur extra claustrum ecclesie sancti Petri. Si voluntate diuina reseraretur ecclesia: corpus inferret. Si non: tunc faceret cum corpore quicquid vellet. Postea turbo diuinitus venit et ecclesiam aperiens predictum corpus imponendum docuit.

De triplici inhibitione homicidij.

Hic triplex homicidium inhibetur. Primum est in corde: et dicitur spirituale. Secundum est in ore: et dicitur vocale. Tertium est in opere: et dicitur reale. Homicidium cordis tripliciter committitur. Primo odiendo ad mortem. Secundo proponendo occidere. Tertio consentiendo in mortem proximi. Peccant ergo primo contra illud preceptum qui odit fratres suos usque ad mortem: et tales dicuntur homicide in corde. secundum illud Ioan. iij. Qui odit fratrem suum homicida est. Tale siquidem potuit dici homicidium fratrum Ioseph. Gen. xxxvij.

Preceptum Quintum

Eoderant enim eum res eius: nec poterat ei quicquam pacifice loqui. Et cum deliberassent eum occidere: dixit Judas fratribus suis. Quid prodest si occiderimus eum? Melius est ut venundet. De tali homicidio dicitur de pe. distin. j. c. Homicidiorum vero tria genera dicebat beatus Petrus esse: et penam eorum pariter fore dicebat. Sicut enim homicidas interfectores fratrum: ita et detractores quoque eorum eosque odientes: homicidas esse manifestum est: quod qui occidit et qui odit fratrem suum et qui ei detrahit homicide pariter esse demonstratur. Sed quod sanctus Thome in secunda secunde. q. xxxiii. ar. iij. vtrum omne odium proximi sit peccatum mortale? Respondet. quod homo in fratre potest habere odium peccatum: et omne illud quod pertinet ad defectum diuine iusticie: sed ipsam naturam fratris non potest aliquis habere odium sine peccato. Ideo dicitur lxxxvi. di. c. Odium habent peccata non homines. Hoc autem quod in fratre odium. scilicet culpam et defectum boni pertinet ad fratris amorem. Ideo dicit propheta. Perfecto odio oderam illos. Super quo dicit Cassiodorus. Perfectum odium est homines diligere eorum vicia semper horrere. Et Hugo super Ecclesiasten dicit. quod perfectum odium est: quo crimina odium: et non homines. Ubi autem est peccatum mortale: est grauissimum peccatorum considerando ipsam deordinationem: quam homo per odium directe se opponit charitati odinendo ipsum proximum. Notandum quod in sacra scriptura inuenitur triplex odium: quod scilicet inuenitur. Odium diuinum quod est formidandum. Odium perfectum quod est frequentandum. Odium imperfectum quod est euitandum. Primo inuenitur odium diuinum quod est formidandum. De quo Ecclesi. xij. Altissimus odium habet peccatores. id est ad modum odientis se habet: quia cum talis motus animi: quem nos vocamus odium: non possit cadere in deum: habet se tamen ad modum odientis in quantum subtrahit gratiam malis et gloriam: et eis infligit penam. Ideo dicitur Sapient. xiiij. quod odio sunt deo impius et impietas eius. Odium tamen singulariter sex peccata pre aliis peccatis: et septimum detestatur anima eius. scilicet oculos sublimes. Linguam mendacem. Manus effundentes innoxium sanguinem. Conmachinas cogitationes pessimas. Pedes veloces ad currendum in ma-

lum. Proferentem mendacia. Testem fallacem et eum qui seminat inter fratres discordias. Secundo est odium perfectum quod est frequentandum dicendo cum propheta. Iniquos odio habuit: et legem tuam dilexi. Amos. ij. Odium te malum. et diligite bonum. Et sic faciebat David dicens. Odium ecclesie malignanteum. Et cuiuslibet nomen a domino dicatur. Duxisti iusticiam et odisti iniquitatem: propterea venit te deus et cetera. Sed iam non mali sed boni contra habent odium. Ergo languet virtus: destruuntur ciuitates: et annihilantur communitates. Cuius exemplum ponit beatus Augustinus lib. v. de ciuitate dei. c. ix. de ciuitate romana: que tandem durauit in potentia et fama prodiu prudentes et sapientes odio habuerunt prauos et malos. Sed postquam ad miserunt malos ad eorum defectus non aggravare: intantum multiplicata est prauitas ut boni et virtuosus pauci remanerent: et in breui ciuitas defecit. Hoc dicit Augustinus lib. v. de ciuitate dei. c. ix. Introducens dictum sapientis caritatis: quod ponit Salustius in Catilinario. Inter bonos et malos discrimen nullum. Omnia virtutis premia ambitio possidet. Ideo sequitur destructio ciuitatum et annihilatio terrarum: quia inter bonos et malos nulla differentia habet: quia equaliter admittuntur ad officia: adulteri: usurarii et homicide. Tertio est odium quod est euitandum: et istud est quod non oditur malum: sed homo oditur. De quo propheta in psalmo. Odium iniquo oderunt me gratis. Et propheta Aggeus. c. penultimo. Anusquisque odit primum suum: et damnum pro damno: vindictam pro vindicta sanguinem pro sanguine requirit dominus. Istud autem odium oritur ex duplici causa scilicet quod declarat sanctus Thomas secunda secunde. Prima est inuidia. Secunda est ira. Primo enim nascitur ex inuidia: quia inuidia est tristitia de bono alterius. Ad quam sequitur desiderium priuationis illius boni quod proprie est odium: quod sicut amare est valde bonum amato. id est quod amatus habeat bonum. Ita odium quod est oppositum amori est nolle bonum odito. id est quod oditus priuet illo bono. Et habet istud odium scilicet hoc producere tres fructus iniquos. De quibus loquitur Bernardus in

sermone quodā. vbi dicit q̄ inuidia odium
 odium vero damnū z obduratiōe: obdu-
 ratio crudelitate parit. Est ergo primus
 fructus istius odij dānificatio: q̄ q̄ inique
 odit: querit semp̄ damnū eius quez odit
 vt ponit Augustinus in quadaz omeia di-
 cens: q̄ septē dāna q̄rit odiēs cōtra aduer-
 sarium. Primū est in infamia. Scdm̄ est in
 substantia. Tertiu est in familia. Quartuz
 in amicitia. Quintū in cōditione. Sextum
 in p̄ia. Septimū in p̄sona. Scds fructus
 est obduratio cordis: quia odium obdurat
 cor: sicut lapidem super inimicū. Et est du-
 rum: sicut fīm Berū. in li. de cōsideratiōe ad
 Eugenū: qd̄ p̄tritiōe nō scindit pietate nō
 emollit: p̄cibus nō flectit: minis non cedit:
 flagellis indurat. Legit etiā in Suetonio
 de duodecim cesaribus: q̄ dum domician⁹
 impator mortuus fuisset: corpus eius posi-
 tum est in rogo. i. in igne fīm morem posi-
 tum. Et combusto corpe cor eius integruz
 fuit repertū. De quo admirati ministri qui
 rem viderant: iteruz ip̄m cor posuerunt ad
 ignē: qd̄ minime cōburi potuit: sed verum
 est in materiam qd̄ammodo lapidis z duric-
 ie. Stēdētes aut̄ illud pitis medicis: in-
 uētum est q̄ ex veneno quodam subtili vñ
 mortu⁹ erat domician⁹ hoc p̄tigisset. Istū
 cor si recte sentimus est proprie cor odij ve-
 neno respersum: ita q̄ induratū est: q̄ sicut
 dicit Berū. Cōtritione non scindit: q̄a q̄-
 q̄ fiat cōfessio z aliq̄liter moueat ad cōtri-
 tionem: remanet tñ integrū odio. vt p̄tz ex-
 perientia de istis odijs z p̄tialitatib⁹ ciuū
 inter se. Pietate non emollitur: imo crude-
 lio: efficit: qd̄ ē pp̄ie cōtra naturā. Si aut̄
 vt ait Seneca. quis pietatis natura moue-
 tur ad egrum: z mente moueri debet: q̄ si-
 cut languor corporis: ita viciū morb⁹ est asa-
 rum. Est etiā durz: q̄ nō flectit p̄cibus siue
 sint preces amicoz: siue preces prelatoz: si-
 ue q̄ plus est preces dei. Et minis nō cedit
 q̄ si flagellat in firmitate aut dānatiōe tē-
 poralium aut priuatiōe filioz: non tamē ce-
 dit deo vt velit inimicitias deponere. Fi-
 naliter flagellis induratur: p̄pter quod in-
 quit propheta. Aufer a me cor lapideum: z
 da mihi cor carneū. Tertius fructus istius
 odij est inhumanitas: id est crudelitas: q̄a

obduratus odio contra proximū est crude-
 lis vsq̄ ad occisiones proximi. Et sic patet
 q̄ odiens fratrem suum: non solū est homi-
 cidā anime sue p̄ peccatum mortale. s. odi-
 um: sed etiam sequit̄ homicidiuz reale pro-
 ximi. Quod patet tribus exemplis. Primo
 in Layn contra Abel fratrem suum. vt pa-
 tet Genesis. iij. Videns Layn q̄ munera
 Abel erant accepta apud deum magis q̄
 sua: odium contra ip̄m concepit vt interfici-
 ceret eū. Dī est Gene. iij. Obtulit Layn
 de fructib⁹ terre munera domino. i. spicas
 triticeas corosās. Abel q̄ obtulit de p̄i-
 mogenitis gregis sui: id est de melioribus
 Et respexit dominus ad Abel z ad mune-
 ra eius: sed ad Layn z ad munera ei⁹ non
 respexit. Nam percepit Layn q̄ munera
 Abel erant deo accepta: z nō sua: per ignē
 immisum a deo consumentem oblationez
 Abel. Unde translatio Theodosionis ha-
 bet. Et inflammavit deus super Abel. Et
 talis inflammatio fuit signum manifestum
 diuine acceptatiōis: sicut patet in oblatio-
 ne Bedeonis. Iudicum. vj. Et in oblatiōe
 Helie. iij. Regū. xvij. Et in oblatiōe Sa-
 lomonis. ij. Paral. iij. Sequit̄. Frat⁹ La-
 yn vehementer. s. inuidens gr̄e fratris in-
 nocētis: z cōcidit vult⁹ ei⁹: q̄ tristitia men-
 tis apparet ex deiectione vultus. Et duxit
 eū foras in agrū: z eū occidit. Qui r̄dit.
 Abi est Abel frater tuus? Qui r̄dit.
 Nescio. addēs mendaciū fatricidio. Nun-
 quid custos fratris mei sum ego: q̄. d. non.
 Et dñs dixit. Quid fecisti? Vox sanguinis
 fr̄is tui clamat ad me de terra. nūc ḡ male-
 dictus eris: quia maledicet tibi p̄pter hor-
 rorē maleficij tui. Cū operatus fueris ter-
 rā nō dabit fructus suos: vagus z pfugus
 eris sup̄ terrā: quia om̄ibus eris odiosus.
 Et ideo in nullo loco securus. Sic erit et
 omnibus homicidis. Sequitur. Posuit do-
 minus signum in Layn: scz vt ab omnibus
 cognosceretur fratrem suum occidisse. Sic
 omnes homicide signuz habent in facie. s.
 visum horribilem post homicidium. Scdo
 hoc patet in fratribus Joseph qui propter
 odiū quod habuerunt contra eū posuerūt
 eum in cisternā vt eum occiderent z vendi-
 derūt eum in egypto: vt patuit supra. Ter-

Preceptum Quintum

tio hoc patuit in Romulo et Remo: quia Romulus ex odio quod habuit contra fratrem suum eum occidit fecit. ut patet. vij. q. i. c. in apibus. ubi dicit Hieronymus. Roma condita simul duos fratres reges habere non potuit sed parricidio dedicat: id est maculat. Historia ponit ab Augustino in de ciuitate dei. Istud odium non solum fuit inter Cayn et Abel: inter fratres Joseph et eum inter Romulum et Remum: sed nunc inter deum et diabolum. ps. Supbia eorum qui te oderunt ascendit semper. Inter sanctos et damnatos: inter clericos et laicos: sicut inter cattum et canem. Nota causam huius in quodam exemplo. Item inter virum et uxorem: inter patrem et filium: inter matrem et filiam: inter fratres: inter consanguineos: inter principes seculares et spirituales: quia principes seculares vellent habere dominium spiritualium: et tamen quodammodo ista non habent non cessant: et econtra spirituales vellent dominium habere temporalium. Est etiam inter fratres religiosos et sacerdotes seculares. Causam huius assignauit quidam burdese rindens dixit. quod fratres libenter vescuntur ouis assatis: sacerdotes seculares libenter comedunt pullos assatos et sic fratres odunt sacerdotes qui comedunt pullos: unde debeant produci oua. Et sacerdotes odunt fratres: quia comedunt oua unde debeant procreari pulli. Sed fortassis mihi obijciat aduersarius illud Luce. xiiij. quod dixit Christus ad turbas. Si quis venit ad me: et non odit patrem suum et matrem et uxorem et filios et fratres et sorores: adhuc autem et animam suam: non potest meus esse discipulus. Ad hoc respondet beatus Gregorius ibidem in omelia. dicens. Si percunctari libet quod parentes et carnaliter propinquos precipimus odisse et quod iubemur et inimicos diligere. Sed si vim precepti perpendimus utrumque agere per discretionem valemus: ut et eos qui nobis carnis cognatione coniuncti sunt: et quos proximos nouimus diligamus: et quos aduersarios in via dei patimur: odendo et fugiendo nesciamus. Hec Gregorius. Sequitur. Adhuc autem et animam suam etc. Tunc enim animam nostram odimus: cum eius carnalibus desideriis non acquiescimus: et cum eius appetitum frangimus: et eius voluptatibus reluctamur.

Sed nunc generaliter est odium: Circa bonorum operum executores. Circa suorum scelerum reprehensores. Circa peccatorum informatores. Dico primo quod mali odium bonorum executores in seculo et in claustris. Illi a malis amplius oduntur et continentur qui in bonis operibus amplius et diligentius occupant. secundum illud Prover. xxix. Viri iniqui oderunt simplicem. Et sic oderunt Egyptii filios Israel: quod est potius ad eorum commendationem quam vituperationem: quod patet quadruplici exemplo. Primo exemplo lucis: quia non est derogatio lucis sed commendatio si eam fugiunt vesperationes. Sancti enim viri sunt lux: quia habent lucidam conscientiam et famam. Vespertiones autem peccatores sunt: qui diligunt opera tenebrarum et odium lucem: ideo cum lucidis viris conuenire non possunt. prima ad Corinthios. vi. Que societas lucis ad tenebras. Secundo patet hoc exemplo odoris. Non enim est derogatio: sed commendatio odoris: si eum fugiunt serpentes. Sed serui dei sunt odoriferi in fama. i. ad Corinthios. Bonus odor Christi fumus in omni loco. Mali autem sunt serpentes: quia virus detractionis semper portant in lingua. Psalmus. Venenum aspidum sub lingua eorum. Tertio hoc patet exemplo coloris. Non enim est derogatio: sed commendatio coloris: si ceci falsa de ipso iudicant. Sed sancti viri sunt colorati albo puritatis: nigro humilitatis: rubeo charitatis: peccatores autem ceci sunt. Sapientie. ii. Excecavit enim eos malicia eorum. Unde cum quidam iuuenis speciosus diceret Diogeni philosopho. Si omnes me odirent sic cut te: suspensio me perimerem. Respondit. Et ego perirem: si me quemadmodum te amarent. Quarto hoc patet exemplo medicorum: quia non est derogatio medicorum: sed commendatio si frenetici eos contemnunt. Sed serui dei sunt medici ab omnibus honorandi. Ecclesi. xxxviii. Honora medicum propter instantem necessitatem. Frenetici autem sunt peccatores qui manus sibi iniiciunt. Sap. vi. Occidit homo pro malicia animam suam. Causa huius odij est dissimilitudo vite. Iohannes apostolus. Nolite mirari si odit vos mundus: quoniam translati sumus

de morte culpe ad vitā gratie. Ideo dixerunt impij. Vanis est nobis etiam ad videndum: quia dissimilis est operibus nostris. Sap. ij. Tale fuit odium quod cayn habuit adversus Abel. Secunda causa est prerogativa amoris et gratie: quia cum bonos viros vident apud deum et homines proficere odium eos et dolent. Genesis. xxxij. Dederat enim Esau Jacob. Sic Gen. xxxvj. Videntes fratres Joseph quod a patre cunctis fratribus plus amaretur oderant eum. Tertia causa est odium domini. Ideo eos diligere non possunt. Joannis. iij. Si mundus vos odit: scitote quia me priorem vobis odio habuit. Non potest placere servus ubi displicet dominus. Matth. x. Et eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum. Secundo odium est circa suos scelerum reprehenses. Amos. x. Odio habuerunt corripientem in porta: et perfecte loquentem abominati sunt. Lulus exepit primum in rege Achab iij. Reg. xxij. quia de propheta Michia dicebat. Odio inquit eum: quia non prophetavit mihi bonum: sed malum omni tempore. Sic mali odium eorum correctores. Aliud exemplum patet in Apostolo: qui scribebat ad Gala. iij. Factus sum vobis inimicus verum dicens. Ideo dicebat Augustinus. li. x. cōfess. Veritas odium parit. Omnes quippe amant veritatem lucentem: sed odium eam redarguentem. Sic multi propter veritatem annunciantem occisi sunt. Nam Esaias ferratus est: quia dixit iudeis. Audite principes zodomorum et ceteri Hieremias lapidatus et ceteri. Joannes baptista decollatus: quia dixit regi Herodi. Non licet tibi habere uxorem fratris tui. Apostoli et ceteri martyres occisi sunt. Item historialiter dicitur: quod fuit quedam domina que habuit tres gallos: et habuit amasium suum in camera. Primus gallus cantavit: et ancilla finxit se intelligere cantum galli dicens domine sue. Domina non intelligit quid iste gallus cantu suo dicit. Respondit non. Ancilla dixit. Gallus dicit vos habere amasium vestrum in camera. Respondit domina. Propter hoc debet mori. Et comesto secundus gallus cantavit. Tunc ancilla ad dominam ait. Auditis quid iste dicit. Respondit. Non. Tunc ancilla. Gallus dicit. Socius meus

mortuus est propter veritatem. Respondit domina. Propter hoc debet mori. Et eo occiso tertius gallus cantavit. Tunc dixit ancilla. Iste gallus cantat. Qui vult habere pacem: debet esse surdus mutus et cecus. Moraliter. Per mulierem denotatur ecclesia que habet tres gallos. id est tria genera predicatores. Primi sunt apostoli qui propter veritatem occisi sunt: et persecuti sunt. Secundi sunt sancti viri qui hoc populo predicaverunt quod eorum socii. id est apostoli: et propter veritatem perdidit vitam. Sed moderni predicatores qui significant per tertium gallum predicant: et qui volunt habere pacem temporalem sunt muti surdi et ceci. Muti sunt quia non corrigunt vicia hominum. Juxta illud. Canes muti non valentes latrare. Contra quos dicitur. xj. q. iij. c. Nolite timere eos qui occidunt corpus: ne forte propter timorem mortis non libere dicatis quod audistis: nec fiducialiter predicetis omnibus quod in aure solus audistis. Sequitur. Non solum ille proditor est veritatis qui transgrediens veritatem pro veritate mendacium dicit: sed etiam ille qui non libere veritatem pronunciat quam pronunciare debet. Non debent ergo formidare predicationes malorum detractorem et odium eorum: sed libere et statim redarguere eorum mala opera. Dubitatur scilicet Thomam. in. j. q. xxx. arti. v. utrum veritas possit haberi odio? Respondetur quod verum in quantum habet rationem repugnantis contrarij potest haberi odio: quod contingit fieri tripliciter. Uno modo secundum quod veritas est causaliter et originaliter in ipsis rebus: et sic homo aliquando odit aliquas veritates dum esse nollet verum quod est verum. Alio modo secundum quod veritas est in cognitione ipsius hominis qui impedit ipsam a persecutione amari: sicut si aliquis nollet cognoscere veritatem fidei ut libere peccaret. In quorum persona dicitur Job. xxij. scientiam viarum tuarum nolumus. Tertio modo habet odio veritas tanquam repugnans: puta ut est in intellectu alterius: puta cum quis iaceret in peccato odit quod aliquis veritatem circa suum peccatum cognosceret: et secundum hoc dicit Augustinus. confessionum. quod homines veritatem amant lucetam sed odium eam redarguentem. Hec Thomam. Tertio odium scilicet informationem. Iste enim non solum odium reprehendi. imo etiam informationem

Preceptum Quartum

Etionē, s. doceri et informari: sicut aues imū de odiūt lucē ac p hoc tales odiūt sapiētā et doctrinā. Jo. iij. Omnis q male agit odit lucē et c. Boetius lib. ij. de consola. p̄sa. vj. Quid est q quisq̄ in aliū facere possit qd ab alio sustinere non possit? Busiridē accēpimus et c. Unde Esopus. Sic nocet innocuo nocuus: cauamq̄ nocēdi. Inuenit: hī regnant quilibet vbe lupi.

Secūdo modo habet fieri homicidiū in corde proponendo occidere sicut p̄posuit Esau occidere fratrem suum Jacob dicēs. Veniēt dies luctus p̄is mei et occidā frēm meum Jacob. vt p̄tz Bene. xxvij. Tales sunt vindicatiui qui expectāt locū et tēpus quo usq̄ vindicent se aut mutilando aut occidēdo primū. Cōtra quos Franciscus petrarcha lib. j. de re. vtri. for. c. j. Nobilissimū vindicte gen⁹ inq̄t est parere. Nam multo est sanctius multoq̄ deformius obliuisci iniuria q̄ vlcisci. Venero sior: nulla est obliuio q̄ offense. Sequit̄. Vltionis momentanea delectatio: misericordie sempiterna. Duorum nempe delectabilū est p̄ferendū: qd̄ diutius delectat. An̄ fac tu hoc quo perpetuo deleteris. An̄ ibi dē r̄ndet discipulo suo dicēti. Licitū est vlcisci. R̄ndet ei. Nulla lege licitum est. Volo q̄ defensio licita sit: sed vltio fetida est. Scriptū em̄ est. Qui vindicare vult a deo inueniat vindictas. Et rursus. Vltio: et ego retribuā eis in tpe dicit dñs. Vltud tps̄ expecta. Sequit̄ infra. Multos q̄dem vindicasse penituit: neminē pepcisse. Hec ille. Notandum q̄ in sacra scriptura inuenit̄ triplex vindicta: scilicet crudelitatis et seucie quā facit petō: crudelis. Equitatis et iusticie quā facit p̄latus fidelis: auctoritatis et potentie quā facit de⁹ in celis. Prima est crudelitatis et seucie: cōtra quā Leuiti. xix. Nō queras vltionē nec memoreris iniurie ciuiū tuor. ad Roma. xij. Mihi vindictā: et ego retribuā. Sed multi sunt q̄ diuinū officīū vsurpāt et p̄sumūt vsq̄ ad vltimā seuitiā se vindicare: similes canī qui lapidē p̄iectū solet in ore recipere: et p̄ ardore vindicte ip̄m tentat mordere. Et sic proprias dētes destruit. Hec aut̄ vindicta cōtingit sex modis esse peccatū. Primo appe-

tendo vindictā de illo q̄ non meruit scz sup innocentē. Ergo pessime faciūt illi q̄ vnum ictum de iniurijs illatis sumūt in filijs aut p̄pinq̄s faciētes vindictā sanguinis sup eo q̄ nullā culpā cōmisit. Sise patet i guerris vbi paup̄ rustic⁹ et innocēs p̄pter peccatū alterius eiusdē loci bonis priuaf spoliāf et occidit. Scdo qñ appetit plus q̄ meruit vt si q̄s in verbo vnico offendit manu aut pugno percutit aut gladio. Dubitat̄ vtrū licitū sit aliqñ p̄ximum pcutere. Respōdetur fm̄ Raymūdū q̄ percussio aliqñ fit ex malicia: aliqñ ex supbia: aliqñ ex odio. Et hoc est peccatū mortale. Quādoq̄ autē fit ex charitate. s. causa correctionis et huiusmodi. Et hec percussio in omnib⁹ habentibus potestatem est licita in suos subditos: quādo non fit ex vindicta. Dubitat̄ vtrū percutienti vnā maxillam altera sit p̄bēda? Respōdet August. in epistola de puero cēturtonis dicēns. Precepta paciētie magis sunt ad preparatiōē cordis q̄ ad opus qd̄ in aperto fit vt in secreto teneat̄ animi paciētia: in manifesto aut̄ id fiat quod eis videtur prodesse ad salutē quibus bene velle debemus. An̄ et dñs Iesus se percutientē reprehendit dicēns. Si male locutus sum testimoniū phibe de malo. Si autē bene: cur me cedis. Joā. xvij. Et plus percussus in faciem dixit. Percutiet te deus paries dealbate. Actuum. xxij. Tertio vidicta fit cum peccato quādo non debito ordine fit: quando p se homo vult vindicare et non p iudicem vel p̄latus: ad quod de iure pertinet vindicta. Non vos defendentes charif simi sed date locum ire. Ad Romanos. xij. Item dicit̄ ibidē. xij. de iudice. Non em̄ sine causa gladiū portat: dei enim minister est vindex in iram ei qui malum agit. Itē patet. xxij. q. v. capitu. j. et c. reus sanguinis. et in multis capitulis. Querit̄ vtrum iniurie malorum sunt tolerande. Respondet Thomas secūda scbe. q. cvij. dicēns q̄ mali tolerandi sunt a bonis in hoc q̄ iniurias proprias patienter sustinent: fm̄ quod oportet. Unde super Laticorum. ij. Sicut lilium inter spinas. Dicit̄ Glosa. Non fuit bonus qui malos tolerare non potuit. Secundo si eius iniuria redundat in inipa-

riam ecclesie nō debet sustinere: sed se vindicare. Unde Augustinus in epistola ad Bonifacium. et ponitur. xxij. q. iij. vbi maximianus cōmendat episcopū inuocantem auxilium imperatoris contra hostes ecclesie dicit Augustinus. Si non fecisset hoc non fuisset in eo laudanda sua patientia: sed reprehendenda sua negligentia. Tertio quando vergit in iniuriā dei tūc pōt q̄s p̄ priam iniuriā vicisci: vt patet de helya qui fecit ignem descēdere super illos qui venerant ad capiendū illum. vt patet. iij. Reg. i. Legit etiam de Thoma apostolo q̄ imprecat⁹ fuit et qui manu ei dederat alapaz vt a canibus manus cōuuiuo portaret non zelo vindicte exercende: sed zelo diuine iusticie et potentie manifestande. Sic Silvester papa excōmunicauit eos qui miserunt eum in exilium. vt patet. xxij. q. iij. ca. qui lisarius patricius vester. Quarto quando vindicta propter odium fit quando solum appetit vindictam vt vindicet: non vt bonum iusticie cōseruet. Ideo dicitur. xxij. q. iij. c. q̄ christus. Ibi dicit q̄ christus discipulos suos increpauit quia ignem de celo venire super eos gestiebant qui ip̄m nō receperant. Sequit̄ ibidem. Apostoli non zelo iusticie sed amaritudinis odio ob iniuriam sue expulsiois vindicandam samaritanos igne volunt consumere: dominus autem volens iniuriam proprie persone cū patientia et gaudio tolerare: iniuriā vero diuinam nō inultam relinquere ait. Hec t̄is cuius spiritus estis historia patet Luca ix. Sed dices. Ex quo patienter sufferre debeo: rogo vt mihi aliqua dones documenta cōtra impatientiā: et qualiter me debeo habere in iniurijs illatis? Respondetur q̄ homo debet quatuor seruare. Primo vt eam in solatiū cōuertat. de quo Seneca ponit exemplum in libro de ira. Cum Diogones inq̄t philosophus quandā causam habuisset tractare cum lentulo: lentulus attracta pingui salina expuit in faciem eius. Ille autem faciem extergens dixit. Affirmo eī o Lentule omnes falli qui negāt te os habere. Ideo dicit Seneca. Iniuria data in risum iocumq̄ vertat̄. Secūdo vt iniuriam recepisse obliuioni tradat.

